

Band III., Nr. 749, Seite 236

Graf Konrad von Grüningen schenkt seinen Hof Marbach in der Pfarrei Ertingen, in der Diözese Konstanz, an das Hospital zur heiligen Maria der Deutschen in Jerusalem.

Akkon, 1228. September 15.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Amen. Notum sit omnibus presentibus scriptum inspicientibus, quod ego Cvnradus, dei gratia comes de Grüningen¹, pro remedio animarum progenitorum meorum et salute propria et ob reverentiam gloriosissime virginis Marie curiam propriam quam habui in Marpach, in parrochia Ertingen, Constantiensis diocesis, cum terris cultis et incultis, nemoribus, pratis, pascuis et omnibus suis pertinentiis et toto iure in ea michi pertinente liberaliter donavi hospitali sancte Marie domui Theutonicorum in Ierusalem. Et hanc donationem feci in Acon super altare beate virginis domus eiusdem et in manus venerabilis viri fratris Hermanni, domus ipsius magistri. Ut autem hec donatio mea eidem domui et fratribus per me et heredes meos et quoslibet alios perpetuo rata et inconvulsa permaneat, litera presenti eam firmavi et sigilli mei munimine roboravi. Si quis vero eam aliqua temeritate infringere vel ei contravenire presumpserit, in extremo iudicio cum impiis sentiat ultionem.

 Huius rei testes sunt: viri nobiles dominus Hainricus et dominus Albertus de Nifen, vir nobilis dominus Eberhardus de Aichaim², dominus Henricus de Swendin, dominus Rudegerus de Staine³, dominus Liutfridus Hoselin, dominus Eberhardus de Buren, dominus Dietericus de Ingersheim⁴, dominus Cvnradus de Haselach et alii plures ad hoc vocati.

 Datum apud Acon, anno dominice incarnationis millesimo CC. XXVIII., XVII. kalendas Octobris.

Der Textabdruck folgt dem Original.

 An roter Seidenschnur hängt ein herzförmiges Siegel von bräunlichem Wachs, worin drei Hirschhörner, und zwar die beiden oberen mit vier, das untere mit drei Zinken. Umschrift: + SI OMITIS CVN . . DI IN WIRTEN . ERC.

¹Vgl. dazu die Umschrift des Siegels.

²Illereichen.

³Rechtenstein, UL.

⁴Groß- und Kleiningersheim, Ingersheim, LB.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

B 343 U 145

Editionen:

Württembergische Jahrbücher (1826), Heft I, S. 93–97 (mangelhaft).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Akkon

Aussteller:

Konrad; Graf von Grüningen

Ortsindex:

Akkon, Galiläa, Israel
 Beuren Wohnplatz (21153)
 Beuren, Mengen, SIG
 Ertingen Wohnplatz (17264)
 Ertingen, BC
 Großingersheim Wohnplatz (1154)
 Großingersheim, Ingersheim, LB
 Grüningen Wohnplatz (17484)
 Grüningen, Riedlingen, BC
 Hohenhaslach Wohnplatz (1141)
 Hohenhaslach, Sachsenheim, LB
 Illereichen, Altenstadt, NU
 Jerusalem, Israel
 Kleiningersheim Wohnplatz (1156)
 Kleiningersheim, Ingersheim, LB
 Konstanz Wohnplatz (14442)
 Konstanz, KN
 Marbach Wohnplatz (21068)
 Marbach, Herbertingen, SIG
 Rechtenstein Wohnplatz (16926)
 Rechtenstein, UL
 Ruine Hohenneuffen Wohnplatz (408)
 Ruine Hohenneuffen, Neuffen, ES
 Schwendi Wohnplatz (17593)
 Schwendi, BC